



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117778**

§. 7. Magnentius Mursæ devictus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](#)

§. VII.

Sæculum IV.  
A. C. 351.

*Magnentius Mursæ devictus.*

Magnentius cum Galliæ, & Italiæ viribus, superatis alpibus, in Illyricum, & *Zosim. l. 2.*  
*p. 699.* Pannoniam processerat, ubi tandem ejus *Sulp. Sev. hist. l. 2.*  
copiae Constantii exercitum oculis usurparunt; ergo in apertissimo campo prope urbem Mursam ad Dravum fluvium, ubi hodie pons Essecensis visitur, pro Imperio Mundi decertatur. Constantio non visum, se ipsum tanto periculo exponendum, sed interim in Ecclesia S. Martyris extra urbem substituit, & Valentem ipsius urbis Mursæ Episcopum, celebratissimum Arianum, in solatium adhibuit; is, ut erat solertissimus, ita inter servulos mandata distribuerat, ut, quænam esset pugnæ fortuna, diligentissime moneretur, bonæ fortis nuntius inter omnes primus Imperatori futurus, syn contraria statuissent fata, matura fuga se periculo subtraheret. Dum igitur Imperator cum paucissimis, quos apud se retinuerat, ob pugnæ exitum anxia exspectatione suspenditur, intrat Valens bonæ rei nuntius, viatos hostes terga vertere; & juventi Constantio, ut rei tantæ nuntium introduceret, respondit, victoriam sibi ab Angelo revelatam; crassissimum mendacium apud credulum Imperatorem fidem invenit, qui saepius abhinc dicere

Nn 3 audi-

Sæculum IV. auditus est, se hanc victoriam magis V.  
A. C. 351. lentis Episcopi apud Deum meritis, quam

militum suorum robori in acceptis referre. *Idac. fast.* Per hanc fraudem haud modice Ari-

norum crevit potentia. Ad Mursam pu-  
gnatum est vigesima octava Septembri  
hujus anni 351. completa victoria mul-  
to sanguine stetit. Magnentius alpes re-

*Aurel. epist.* petens, in Galliam fugit, ubi secundo ei-  
iam prælio victus, Lugduni suo se gla-  
dio jugulavit, post annorum trium, &  
medii Regnum, annum agens vitæ fer-

*Idac. fast.* me quinquagesimum. Decentius ejus  
*Pagi 353.* frater, quem Cæsarem creaverat, fato  
*n. 3.* ejus comperto, laqueo sibi gulam fregit;  
Hæc autem omnia demum mense Aug-  
usto A. 353. facta sunt.

### §. VIII.

#### *S. Pauli Constantinopolitani Mar- tyrium.*

Prospera armorum fors Arianorum ani-  
mos ita inflavit, ut persecutionem in  
Episcopos Catholicos restaurare ausi sint,

*Athan.* ad quam Constantis auctoritas ante repre-  
solit. p. 828. serat. Ursacius, & Valens ad vomitum  
*Sup. l. XII.* rediere, palam, licet falso affirmantes,  
*n. 18.* *Theod.* II. coactos se ad retractandum, idque Con-  
hist. c. 5. stantem Imperatorem adhibita via se ex-  
*Socrat. II.* torsisse.  
*c. 26.*

Primo